

AZ ERDÉLYI KATHOLIKUS AKADÉMIA FELOLVASÁSAI

SZERKESZTI: DR. GYÖRGY LAJOS FŐTITKÁR

I. OSZTÁLY

7. SZÁM

AZ
ERDÉLYI PÜSPÖKI
SZÉK BETÖLTÉSE

(1696—1897.)

IRTA:

DR. TEMESVÁRY JÁNOS

FELOLVASTATOTT AZ ERDÉLYI KATHOLIKUS AKADÉMIA
1932. ÁPRILIS 12-I ÜLÉSÉN



CLUJ-KOLOZSVÁR

AZ ERDÉLYI KATHOLIKUS AKADÉMIA KIADÁSA
1932.

AZ ERDÉLYI KATHOLIKUS AKADÉMIA FELOLVASÁSAI

SZERKESZTI: DR. GYÖRGY LAJOS FŐTITKÁR

I. OSZTÁLY

7. SZÁM

**AZ
ERDÉLYI PÜSPÖKI
SZÉK BETÖLTÉSE**

IRTA:

DR. TEMESVÁRY JÁNOS

**FELOLVASTATOTT AZ ERDÉLYI KATHOLIKUS AKADÉMIA
1932. ÁPRILIS 12-I ÜLÉSÉN**



**CLUJ-KOLOZSVÁR
AZ ERDÉLYI KATHOLIKUS AKADÉMIA KIADÁSA
1932.**

SZÉRHELYI

GRÓF MAILÁTH GUSZTÁV KÁROLY
ÖNAGYMÉLTÓSÁGÁNAK

PÜSPÖKSÉGE 35. ÉVFORDULÓJÁRA

HÓDOLÓ TISZTELETTEL

AZ

ERDÉLYI KATHOLIKUS AKADÉMIA.

A Szent István király által alapított összes magyar egyházmegyéek főpásztori székének betöltési jogát kezdetben kizárólag csakis maguk, a szent koronát viselő uralkodók gyakorolták. Kálmán király ideje óta azonban e téren az a változás állott be, hogy a halálozás, áthelyezés, rangemelés, vagy lemondás folytán üresedésbe jövő püspöki állásokat, mint más országokban is, a székeskáptalan maga választás útján töltötte be. Így Erdélyben is sokáig ilyen, a káptalan tagjai által választott főpapok viselték a Szent Mihály főangyal védelme alá helyezett erdélyi egyházmegye főpásztori süvegét. Rimaszécsi Széchi Domokos püspök halálával († 1368) azonban Erdélyben is ezek a káptalani választások végleg megszűntek. A római szentszék ugyanis megszorította a káptalanoknak ezt a nem annyira jogát, mint inkább szabadalmát, és csakis maga kívánt az üresedésbe jövő püspöki állások betöltéséről gondoskodni. És ettől az időtől kezdve tényleg bárki Magyarországon s így Erdélyben is, a püspöki süveget csakis az egyház fejének kezéből nyerhette el a királyok mint főkegyurak előzetes bemutatása alapján. És ez a püspöki székek betöltésénél követett s a szentszék által is szabályozott újabb eljárás utóbb is csak annyiban módosult, hogy az uralkodók bemutatása helyébe azok kinevezési joga lépett, még pedig oly formán, hogy ezentúl a királyoktól kinevezett püspököknek csakis a pápa atyai áldását, a megerősítést kellett megszerezniök.

A magyar királyok azonban — sajnos — ezzel a püspöki székek betöltésénél rendesen gyakorolt s a szentszék által is elismert főkegyúri jogukkal zavartalanul és minden fennakadás nélkül Erdélyben csakis a mohácsi vészig élhettek. Később ugyanis e jog gyakorlása részint a kettős királyság, ré-

szint az önálló erdélyi fejedelemség megalakulása miatt annyival is inkább leküzdhetetlen nehézségekbe ütközött, mert maga a római szentszék is arra a merev álláspontra helyezkedett, hogy a Magyarországtól teljesen különvált s önálló fejedelmek joghatósága alá került Erdély részére a magyar királyok főpásztort ki sem nevezhetnek. Így történt aztán, hogy ezek neveztek ki ugyan e szomorú korszakban is erdélyi püspököket, de Róma a kinevezettek megerősítését minden egyes esetben kereken megtagadta.

Amde ez a visszás és áldatlan állapot, szerencsére és elsősorban az elárvult erdélyi egyházmegye katolikus híveinek legnagyobb örömére, az eddig önálló és Magyarországtól teljesen elszakadt erdélyi fejedelemség megszűnésével már a XVII-ik század végén véget ért. Minthogy pedig ezzel Erdély az anyaországgal egyesülve, ismét a szent korona fennhatósága alá került, most már mi sem állott útjában annak, hogy a magyar királyok e visszaesetolt országországban is gyakorolhassák főkegyúri jogaikat s székiüresedés esetében Erdély részére is azt nevezék ki püspökké, akit erre a magas egyházi méltóságra a legérdemesebbnek tartanak. És két évszázadon át, tizenkilenc esetben, mivel csak ennyiszor nyílt erre nekik alkalmuk, ezt a jogukat valóban gyakorolták is.

Ezt az évek hosszú során fáradtságos munkával és még több utánjárással hiánytalanul összegyűjtött tizenkilenc ki nevezési okmányt jelen alkalommal annyival is nagyobb örömmel teszem ezennel közkinccsé, mert szövegük sok érdekes és eddig teljesen ismeretlen életrajzi adaton kívül még több fontos és nagybecsű forrásanyagával nagy mérvben hozzá fog járúlni az erdélyi püspökség történetének az eddiginél is pontosabb megismeréséhez.

És most e pár sor előrebocsátása után térjünk át e fontos okmányok bemutatására.

* * *

I.

Bécs, 1696. januárius 19.

I. Lipót magyar király Illyés András szebeni prépostot és olvasókanonokot erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Leopoldus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis ecclesiarum Dei pastoribus tenemur cura et sollicitudine, benignum, ac debitum habentes respectum ad laudatos mores, eruditionemque, et honestam vitae conversationem, caeterasque animi dotes fidelis nostri honorabilis Andreae Illyés, praepositi Cibiniensis, et Capituli Poseniensis lectoris, ac canonici, quibus ipsum ab Altissimo praeditum et condecoratum esse cognovimus, eundem itaque tanquam personam idoneam et benemeritam, Nobisque gratam et acceptam ad episcopatum Transylvaniensem, nunc per mortem et decessum reverendi quondam Stephani Kada, eiusdem episcopatus Transylvaniensis ultimi, veri, legitimi, ac immediati possessoris de iure et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus regii, quod generaliter in conferendis universis dieti regni nostri Hungariae ecclesiis, ac beneficiis, instar divorum quondam Hungariae regum, praedecessorum nostrorum, optimo iure habere, et exercere dignoscimur, nominandum, eligendum et praesentandum, ac eundem episcopatum Transylvaniensem cum omnibus castris, castellis, oppidis, villis, possessionibus, praediis, portionibus, ac iuribus quibusvis possessionariis ad eundem episcopatum de iure et ab antiquo spectantibus, et pertinere debentibus, ubivis et in quibuscunque Comitatibus existentibus et habitis, eidem Andreae Illyés dandum duximus et conferendum, ita tamen et ea conditione, ut ipse dioecesim illam saepe adire et visitare, ac ibidem pro muneris, regiminisque sui spiritualis exigentia commorari debeat, et teneatur; imo nominamus, eligimus et praesentamus, damusque et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris honorabilibus, toti nempé clero et beneficiatis personis, dicto episcopatui Transylvaniensi subiectis harum serie firmiter comittimus et mandamus, quatenus a modo in posterum praerecensitum Andream Illyés pro vestro vero, legitimo, ac indubitato episcopo et praelato habere, tenere et recognoscere, debitamque eidem reverentiam, honorem et obedientiam, prout bonos ecclesiae ministros decet, praestare et exhibere, in omnibus denique licitis et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere et

obtemperare modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in civitate nostra Vienna, Austriae, die decima nona mensis Januarii, anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, regnorum vero nostrorum Romani trigesimo octavo, Hungariae et reliquorum quadragesimo primo, Bohemiae vero anno quadragesimo.

Leopoldus m. p.

L. S.

Ladislaus Mátyásovszky m. p.

Electus episcopus Nitriensis.

Paulus Mednyánszky m. p.

(Papírra írt eredetije, ép függő pecséttel az *Erdélyi Káptalan* gyulafehérvári levéltárában. 17. láda, 2478-ik szám alatt).

II.

Bécs, 1713. februárius 18.

III. Károly magyar király karczfalvi báró Mártonffi György, szent Istvánról címzett esztergomi és szent Mártonról nevezett aradi prépostot, az esztergomi érseki egyház kanonokját erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Carolus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis ecclesiarum Dei pastoribus tenemur cura, et sollicitudine, benignum, ac debitum habentes respectum ad praecelaras virtutes, laudatosque et acceptos mores, doctrinam item et eruditionem, atque omnibus gratam, et honestam vitae conversationem, caeterasque excellentes animi dotes fidelis nostri Nobis dilecti, honorabilis et magnifici Georgii Mártonffi, liberi Baronis de Karczfalva, praepositi Sancti Stephani de Castro Strigoniensi, et Sancti Martini Orodienensis, ecclesiae metropolitanae Strigoniensis canonici, quibus ipsum altissimi Dei munere insignitum, et ornatum esse, tam aliorum fidelium nostrorum fide digno testimonio, quam etiam propria experientia nostra cognovimus, eundem itaque tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam in episcopum Principatus nostri Transylvaniae Nobis haereditarii, per mortem et decessum reverendi quondam Andreae Illyés, eiusdem episcopatus ul-

timi, veri, legitimi et immediati possessoris, de iure et de facto vacantem, auctoritate nostra regia iuris nostri patronatus, quem habemus velut Princeps et Rex haereditarius generaliter in conferendis regni nostri Hungariae et partium eidem adnexarum ecclesiis atque beneficiis, instar divorum quondam Hungariae regum, praedecessorum felicissimae memoriae, optimoque iure exercere dignoscimur, nominandum, eligendum, et praesentandum, ac eundem episcopatum Transylvaniae cum omnibus bonis et iuribus ad eundem episcopatum spectantibus eo prorsus modo, quo praefato quondam praedecessori eius datus et collatus fuit, dandum duximus et conferendum; imo nominamus, eligimus et praesentamus, damusque et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis, honorabilibus ecclesiarum in dicto Principatu nostro haereditario Transylvaniae, cuiusvis gradus et ordinis, ecclesiasticis viris, dioecesi, videlicet Transylvaniae subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praefatum Georgium Mártonffi, liberum baronem de Karczfalva, pro vestro vero, legitimoque episcopo et praelato habere, tenere et cognoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos ecclesiae ministros decet, praestare et exhibere, in omnibus denique licitis et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere et obtemperare modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die decima octava mensis Februarii, anno Domini millesimo septingentesimo decimo tertio, regnorum vero nostrorum Romani secundo, Hispanici decimo, Hungarici et Bohemici etiam secundo.

Carolus m. p.

L. S.

Comes Sigismundus Kornis m. p.

Andreas Szentkereszti m. p.

(*Országos Levéltár*: Liber Regius V. k. 143. l. és Erdélyi udv. kancel. osztály 1713. évi 7. sz.)

III.

Bécs, 1724. március 13.

III. Károly magyar király Antalffi János károlyfchérvári kanonokot és nagyprepostot erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Carolus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis ecclesiarum Dei pastoribus tenemur cura et sollicitudine, benignum, ac debitum habentes respectum ad eruditionem, doctrinam, exemplarem vitae conversationem, aliasque probas animi dotes fidelis nostri Nobis dilecti, honorabilis Joannis Antalffi, ecclesiae cathedralis in Principatu nostro Transylvaniae haereditario Albae-Carolinensis Canonici et Praepositi Maioris, quibus ipsum ab Altissimo insignitum et ornatum esse ex consona, eaque authentica fidelium nostrorum, quorum intererat, relatione, ac recommendatione cognovimus, attensis praeterea eiusdem longioribus exantlatis laboribus, quos is successive, primum qua Parochus, dein qua Episcopatus in dicto nostro Transylvaniae Principatu Vicarius et Causarum Auditor Generalis in spiritualibus sub gravioribus etiam temporum circumstantiis, demum vero qua Canonicus et Praepositus Maior non absque populi aedificatione, meritorumque suorum de ecclesia Dei encomio penes constantem suam in Nos, nostramque Augustam Domum fidelitatem, sollicito impendit studio, eundem itaque tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque acceptam ad episcopatum Transylvaniensem, per mortem, et ex hac vita decessum Reverendi et Magnifici quondam Georgii Mártonffi, liberi baronis de Karczfalva, eiusdem episcopatus ultimi, veri, legitimi, et immediati possessoris, de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod habemus velut Princeps et Rex haereditarius generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, dietique Principatus nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium ecclesiis, atque beneficiis instar divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum felicissimae memoriae, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, nominandum, ipsique praefatum episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, ac emolumentis, quovis nominis vocabulo, vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem episcopatum spectantibus, et per antefatum Georgium Mártonffi possessis, eidemque collatis, et

resolutis clementer dandum duximus et conferendum. Imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis, fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Lectori, Cantori, Canonicis, ac aliis ecclesiarum in dicto nostro haereditario Transylvaniae Principatu cuiusvis gradus, et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praefatum Joannem Antalfi pro vestro vero, legitimo, ac indubitato Episcopo et Praelato habere, tenere, et cognoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, ac fideles ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere et obtemperare modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Archiducali Civitate nostra Vienna, die decima tertia mensis Martii, anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo et quarto, Regnorum vero nostrorum Romani decimo tertio, Hispanici vigesimo et primo, Hungarici, et Bohemici etiam decimo tertio.

Carolus m. p.

L. S.

B. Joannes Jos. Bornemisza
de Kászon m. p.

Georgius Bálintit m. p.

(Egykorú, egy ív papírra írt hivatalos fogalmazványa az *Országos Levéltár*: Erdélyi udvari kancelláriai osztály 1724. évi 60. sz. a.)

IV.

Bécs, 1729. februárius 25.

III. Károly magyar király Zorger Gergely királyi tanácsost, knini főlszentelt püspököt, Szűz Máriáról címzett egervári prépostot, az egri káptalan kanonokját s az egri egyházmegye főpásztorának segédpüspökét erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Carolus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis ecclesiarum Dei pastoribus tenemur cura et sollicitudine, in benignum sumentes respec-

tum eximias virtutes, doctrinam item, ac pietatem, exemplaremque vitae conversationem, ut et alias laudabiles animi dotes fidelis nostri Nobis dilecti Reverendi Gregorii Sorger, consecrati episcopi Tininiensis, consiliarii nostri, praepositi Beatae Mariae Virginis de Castro Agriensi, capituli cathedralis ecclesiae Agriensis canonici, necnon Reverendi, Spectabilis, ac Magnifici Comitis Gabrielis Antonii Erdödi de Monyorókerék, fidelis nostri sincere Nobis dilecti qua episcopi Agriensis, suffraganei, quibus ipsum Dei altissimi munere insignitum et ornatum esse ex fide digno plurium fidelium nostrorum testimonio, ac singulari recommendatione cognovimus, attentis praeterea diversis eiusdem servitiis, quae in ecclesiasticis muniis, pro emolumento sacrae Romano-Catholicae ecclesiae laudabiliter hactenus impendit, non secus constanti in Nos, Augustamque Domum nostram fidelitate, ac devotione comparatisque inde meritis, a quibus Maiestati Nostrae cum elogio commendari meruit; eundem itaque tanquam personam idoneam et bene meritam, Nobisque gratam et acceptam ex praefato episcopatu Tininiensi, quo ex alio pariter episcopatu Dulmensi, benignitate nostra translatus erat, rursus meritorum eiusdem intuitu ad episcopatum Transylvaniensem, per mortem et decessum e vivis Reverendi, et Magnifici Joannis Antalffi, liberi baronis de Csik Szent Márton, eiusdem episcopatus ultimi, veri, legitimi, ac immediati possessoris de iure et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri regii, quod velut Rex et Princeps haereditarius generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, dictique Principatus nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium ecclesiis, atque beneficiis, instar divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum felicissimae recordationis, habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, nominandum, et transferendum, ipsique praefatum episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, ac emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione itidem, praerogativa et immunitate ad eundem episcopatum spectantibus, et per antelatum praedecessorem suum, baronem Joannem Antalffi possessis, clementer dandum duximus, et conferendum; Imo eligimus, nominamus, et transferimus, damusque et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, Honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Canonicis, ac aliis ecclesiarum in dicto nostro Transylvaniae Principatu cuiusvis gradus et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus,

quatenus a modo in posterum praefatum Gregorium Sorger pro vestro vero, legitimoque, ac indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et cognoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, ac fideles ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere, et obtemperare modis omnibus debeatis, et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perfectis exhibenti restitutus. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima quinta mensis Februarii, anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo et nono, Regnorum vero nostrorum Romani decimo octavo, Hispani vigesimo sexto, Hungarici, et Bohemici etiam anno decimo octavo.

Carolus m. p.

L. S.

B. Joannes Josephus Bornemissza
de Kászon m. p.

Joannes Vaszlay m. p.

(Egy ív papirra írt eredeti fogalmazványa az *Országos Levéltár*: Erdélyi udvari kancellária osztályának 1729. évi 27. sz. a. — Hátlapján e hivatalos megjegyzéssel: „30-a Maii expeditum per me Samuelem Rosnyai Cancellistam.“)

V.

Bécs, 1741. április 21.

Mária Terézia magyar királynő zétényi báró Klobusiczky Ferencet, az esztergomi herceg-primás segédpüspökét, az esztergomi főkáptalan nagyprépostját és kanonokját, érseki helynököt és általános ügyhallgatót erdélyi püspökké és kormányzéki tanácsossá nevezi ki.

Nos Maria Theresia etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod cum Nos pro nostra, quam in constituendis legitimis ecclesiarum Dei pastoribus gerimus, cura et sollicitudine, sumptis in benignam considerationem eximiis virtutibus, doctrina item, ac pietate, exemplarique vitae conversatione, necnon caeteris laudabilibus animi dotibus fidelis nostri Nobis dilecti, Reverendi, ac Magnifici Francisci Nepomuceni Klobusiczky, liberi baronis de Zétény, Episcopi Nemesini, ecclesiae metropolitanae Strigoniensis Praepositi maioris et Canonici, necnon Reverendissimi in Christo Patris, Illustris Sacri Ro-

mani Imperii Principis, Domini Emeriei e Comitibus Esterházy de Galantha, Archiepiscopi Strigoniensis, Primatis Regni nostri Hungariae, Vicarii Generalis, et Suffraganei, quibus ipsum Dei altissimi munere insignitum, et ornatum esse ex fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari recommendatione benigne cognovimus; attentis praeterea diversis eiusdem servitiis, quae in ecclesiasticis muniis pro Sacrae Romano-Catholicae ecclesiae emolumento laudabiliter haecenus impendit: ut et constanti in Nos, Serenissimamque Domum Nostram fidelitate, ac devotione, comparatisque inde meritis, a quibus ille Maiestati nostrae pariter commendatus est, eundem tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam et acceptam ad episcopatum Transylvaniensem per mortem et ex hac vita decessum Reverendi, ac Magnifici liberi baronis Gregorii Sorger, eiusdem episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris de iure et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, Principatusque nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium ecclesiis et beneficiis more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum pientissimae recordationis habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum episcopatum Transylvanicum cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, ac emolumentis, quovis nominis vocabulo vocatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem episcopatum spectantibus, et per antelatum praedecessorem suum, baronem Gregorium Sorger possessis, elementer dandum duximus, et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus, unaque in Consiliarum nostrum in Supremo Transylvaniae Gubernio nostro Regio Intimum resolventes praesentium per vigorem. Quocirca vobis, fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Canonicis, ac aliis ecclesiarum in dicto nostro Transylvaniae Principatu, cuiusvis gradus, et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praefatum Franciscum Nepomucenum Klobusiczky, liberum baronem de Zétény, pro vestro vero, legitimo, et indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et cognoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere et obtemperare modis omnibus debeatis, et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus

perlectis exhibenti restitutis. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima prima mensis Aprilis, anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo et primo, Regnorum vero nostrorum primo.

Maria Theresia m. p.

L. S.

Baro Joannes Josephus Bornemisza
de Kászon m. p.

Josephus Kozma m. p.

(Egy ív papirra írt eredeti fogalmazványa az *Országos Levéltár*: Erdélyi udvari kancellária osztályában 1741. évi 23. sz. a.)

VI.

Bécs, 1749. április 25.

Mária Terézia magyar királynő szalai és kricsfalvi Sztojka Zsigmond Antal egri kanonokot és Szűz Máriáról címzett egervári prépostot erdélyi püspökké és az erdélyi kormány-szék tanácsosává nevezi ki.

Nos Maria Theresia etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod cum Nos pro ea, quam in constituendis legitimis ecclesiarum Dei pastoribus gerimus, cura et sollicitudine, sumtis in benignam considerationem eximiis virtutibus, doctrina item, ac pietate, exemplarique vitae conversatione, necnon caeteris laudabilibus animi dotibus fidelis nostri, Nobis dilecti, Honorabilis Sigismundi Antonii Sztojka de Szala et Krichfalva, capituli cathedralis ecclesiae Agriensis canonici, et praepositi Beatae Mariae Virginis de Castro Agriensi, ipsum Dei altissimi munere insignitum et ornatum esse ex fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari recommendatione benigne cognovimus; attentis praeterea diversis eiusdem servitiis, quae in ecclesiasticis muniis pro Sacrae Romano-Catholicae ecclesiae emolumento laudabiliter hactenus impendit, ut et constanti in Nos, Augustamque Domum nostram fidelitate, ac devotione, comparatisque inde meritis, a quibus ille Nobis commendatus est; Eundem tanquam personam idoneam et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam, ad episcopatum Transylvaniensem, facta fidelis nostri, sincere Nobis dilecti Reverendi et Magnifici Fran-

cisci Nepomuceni Klobusiczky, liberi baronis de Zétény, eiusdem episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris ad alium inde in Regno nostro Croatiae episcopatum Zagrabiensem translatione de iure et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, Principatusque nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium ecclesiis et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum pientissimae recordationis habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem episcopatum spectantibus, et per antelatum praedecessorem suum baronem Franciscum Nepomucenum Klobusiczky possessis, elementer dandum duximus, et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus, simul in Consiliarium nostrum in supremo Transylvaniae Gubernio nostro Regio intimum resolventes praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Canoniceis, ac aliis ecclesiarum in dicto nostro Transylvaniae Principatu, cuiusvis gradus, et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praefatum Sigismundum Antonium Sztojka pro vestro vero, legitimo, et indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et cognoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere, et obtemperare modis omnibus debeatis, ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima quinta mensis Aprilis, anno Domini millesimo septingentesimo quadragésimo nono, Regnorum vero nostrorum nono.

Maria Theresia m. p.

L. S.

Comes Ladislaus Gyulafi
Liber Baro de Rátot m. p.

Josephus Kozma m. p.

(Egykorú eredeti, hivatalos másolata az *Országos Levéltár*: Liber Regius IX. köt. 804—7. ll., fogalmazványa pedig u. o. Erdélyi udv. kancell. osztály 1749. évi 115. sz. a.)

VII.

Bécs, 1759. május 13.

Mária Terézia magyar királynő németújvári gróf Batthyány József vasmegyeri örökös főispánt, a Szent Mártonról címzett pozsonyi társas káptalan prépostját erdélyi püspökké és az erdélyi kormányzók tanácsosává nevezi ki.

Nos Maria Theresia etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis ecclesiarum Dei pastoribus tenemur cura et, sollicitudine, eximias virtutes, doctrinam item, et pietatem, vitamque probatis instructam moribus, ac caeteras animi dotes fidelis nostri Nobis dilecti Spectabilis, et Magnifici Josephi e Comitibus de Batthány, Perpetui in Németújvár, Comitatus Castri Ferrei Perpetui Supremi Comititis, Collegiatae Ecclesiae Poseniensis ad Sanctum Martinum Praepositi, alterius autem Metropolitanae Strigoniensis olim Canonici, quibus ipsum dono Altissimi insignitum, ornatumque e fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari commendatione cognovimus, varia insuper, quae in ecclesiasticis muniis pro Sacrae Romanae Catholicae Ecclesiae emolumento laudabiliter impendit, servitia, constantemque in Nos, et Augustam Domum nostram fidelitatem, ac devotionem, Maiorum ad haec natalium gloria et a saeculis in utraque Hungarorum republica rebus pro Deo et publica felicitate praeclare gestis conspicuorum nota, celebrataque facinora, et insignia inde comparata merita benigno recolentes animo, eundem Josephum Comitem de Batthyán, tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam ad Episcopatum Transylvaniensem, per resignationem fidelis nostri, Nobis sincere dilecti, Reverendi, et Magnifici Sigismundi Antonii Sztojka, liberi baronis de Szala, et Krichfalva, eiusdem Episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris, de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, Principatusque nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium ecclesiis, et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum pientissimae recordationis, habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum Episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem

Episcopatum spectantibus, et per dictum antecessorem suum, Baronem Sigismundum Antonium Sztojka possessis, elementer dandum duximus, et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus, eundem simul in Consiliarium nostrum in Supremo Transylviae Gubernio nostro Regio Intimum resolventes, praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Canonicis, ac aliis ecclesiarum in antelato nostro Transylvaniae Principatu, cuiusvis gradus, et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praedictum Josephum Comitem de Batthyán pro vestro vero, legitimoque, et indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et agnoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles Ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere, et obtemperare modis omnibus debéatis, ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die decimatertia mensis Maii, anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo nono, Regnorum vero nostrorum decimo nono.

Maria Theresia m. p.

L. S.

Gabriel Cmes de Bethlen m. p.

Adalbertus Somlyai m. p.

(Egykorú hivatalos fogalmazványa az *Országos Levéltár*: Erdélyi udvari kancellária osztály 1759. évi 166. sz. a. — A végsorok után ezzel a megjegyzéssel: „Expedivit Ladislaus Kracsovits Cancellista 2-a Junii.“

VIII.

Bécs, 1760. október 5.

Mária Terézia magyar királynő Bajtai Antal kegyesrendi atyát s nem rég még e rendnek tartományfőnökét erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Maria Theresia etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur, cura, et sollicitudine, fidelis nostri Nobis

dilecti, Honorabilis Patris Antonii Bajtai, e Clericis Regularibus Pauperum Matris Dei de Scholis Pii Religiosi, in suo ordine bene meriti, et nuper quidem in Provincia eiusdem ordinis Hungarica Ministri Provincialis, eximias virtutes, doctrinam, et singularem eruditionem, pietatem item, morumque, ac vitae probitatem, reliquasque ad obeundem pastorale munus idoneas qualitates, quibus ipsum dono Altissimi insignitum, ornatumque e fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari commendatione cognovimus; ad haec praeclara, qua in Aula nostra Serenissimo Principi, primogenito nostro dilectissimo, praestitit obsequia, Nobisque, et Augustae Domui nostrae constanter exhibitam fidelitatem, et his comparata merita benigno recolentes animo, eundem Antonium Bajtai, tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam, ad Episcopatum Transylvaniensem, per fidelis nostri, Nobis sincere dilecti, Reverendi, Spectabilis, ac Magnifici Josephi e Comitibus de Batt-hyán, Perpetui in Némethújvár, Comitatus Castri Ferrei Perpetui Supremi Comititis, eiusdem Episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris ad Coleciensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopatum factam promotionem de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, Principatusque nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium Ecclesiis, et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum nostrorum pientissimae recordationis, habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum Episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem Episcopatum spectantibus, et per dictum antecessorem suum, Josephum Comitem de Batt-hyán possessis, elementer dandum duximus et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Custodi et reliquis Canonicis, ac aliis Ecclesiarum in antelato nostro Transylvaniae Principatu cuiusvis gradus, et ordinis viris, diocesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praedictum Antonium Bajtai pro vestro vero, legitimo, et indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et agnoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles Ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in

omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere et obtemperare modis omnibus debeatis, ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die quinta mensis Octobris, anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo, Regnorum vero nostrorum vigesimo.

Maria Theresia m. p.

L. S.

Gabriel Comes de Bethlen m. p.

Franciscus Bándi m. p.

(Hivatalos fogalmazványa az *Országos Levéltár*: Erdélyi udvari kancelláriai osztály 1760. évi 500. sz. a. — Alján ezzel az egykorú rájegyzéssel: „Expedivit Ladislaus Kraesovits Cancellista 24-a Octobris.“)

IX.

Bécs, 1772. október 3.

Mária Terézia magyar királynő Manzador Pius zeng-mond-rusi püspököt erdélyi püspökké és az erdélyi kormányzóék tanácsosává nevezi ki.

Nos Maria Theresia etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis Ecclesiarum pastoribus tenemur, cura et sollicitudine, eximias virtutes, doctrinam item, et pietatem, vitamque probatis instructam moribus, ac caeteras animi dotes fidelis nostri, Nobis dilecti Reverendi Don Pii Manzador, Cathedralium Ecclesiarum Segniensis, et Modrusiensis, seu Corbaviensis canonice unitarum Episcopi, quibus ipsum dono Altissimi insignitum, ornatumque e fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari commendatione cognovimus, varia insuper, quae in ecclesiasticis muniis pro Sacrae Romanae Catholicae Ecclesiae emolumento laudabiliter impendit, servitia, constantemque in Nos, et Augustam Domum nostram fidelitatem, ac devotionem, et his comparata merita benigno recolentes, animo, eundem Don Pium Manzador, tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam, ad Episcopatum Transylvaniensem, per resignationem fidelis nostri, Nobis sincere dilecti, Reverendi, ac Magnifici liberi

Baronis Josephi Antonii Bajtai, eiusdem Episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris, de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, Magnique Principatus nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium Ecclesiis, et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum pientissimae recordationis, habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, transferendum, ipsique praefatum Episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem Episcopatum spectantibus, et per dictum antecessorem suum Baronem Bajtai possessis, elementer dandum duximus, et conferendum; imo transferimus, damusque, et conferimus, eundem simul in Consiliarium nostrum Regii in Magno Principatu nostro Transylvaniae Gubernii Intimum resolventes praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Custodi, et reliquis Canonicis, ac aliis Ecclesiarum in antelato nostro Transylvaniae Principatu, cuiusvis gradus et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praedictum Don Pium Manzador pro vestro vero, legitimoque, et indubitato Episcopo, et Praetato habere, tenere, et agnoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles Ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere, et obtemperare modis omnibus debeatis, et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die tertia mensis Octobris, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, Regnorum vero nostrorum trigesimo secundo.

Maria Theresia m. p.

L. S.

Henricus Comes a Blumegen m. p.

Josephus L. B. Vonder Marek m. p.

(Pergamenre írt s ép fatokba zárt, arany zsinorról függő pecséttel ellátott eredetije az *Erdélyi káptalan levéltárában* 4. láda 586. sz. a.)

X.

Bécs, 1774. október 27.

Mária Terézia magyar királynő kollegrádi és zayugróczy gróf Kollonitz László váradi nagyprépostot, olmützi kanonokot, a ruthenekről címzett prépostot és váradi püspöki helynököt erdélyi püspökké és kormányzséki tanácsossá nevezi ki.

Nos Maria Theresia etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur, cura, et sollicitudine, eximias virtutes, doctrinam item, et pietatem, vitamque probatis instructam moribus, ac caeteras animi dotes fidelis nostri, Nobis dilecti, Spectabilis, et Magnifici Ladislai e Comitibus Kollonitz de Kollegrad, perpetui in Zay-Ugrócz, Cathedralis Ecclesiae Magno-Varadiensis Praepositi maioris, huius item, et Olomucensis Canonici, Praepositi de Ruthenis, et per dioecesim Magno-Varadiensem in spiritualibus Vicarii et causarum Auditoris Generalis, quibus ipsum dono Altissimi insignitum, ornatumque e fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari commendatione cognovimus, varia insuper, quae in ecclesiasticis muniis pro Sacrae Romanae Catholicae Ecclesiae emolumento laudabiliter impendit, servitia, constantemque in Nos, et Augustam Domum nostram fidelitatem, ac devotionem, nec non conspicua Maiorum ipsius in utraque Hungarorum Republica, pro Deo, et publica felicitate parta merita benigno recolentes animo, eundem Ladislaum Comitem Kollonitz, tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam ad Episcopatum Transylvaniensem, per obitum fidelis nostri, Nobis sincere dilecti, Reverendi Don Pii Manzador, tanquam eiusdem Episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris, de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, Principatusque nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium Ecclesiis, et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum pientissimae recordationis, habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum Episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate, ad eundem Episcopatum spectantibus, et per dictum antecessorem suum Don Pium Manzador possessis, clementer

dandum duximus, et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus, eundem simul in Consiliarium nostrum Regii in Magno Transylvaniae Principatu nostro Gubernii intimum resolventes, praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Custodi, et reliquis Canoniceis, aliisque Ecclesiarum in antelato nostro Transylvaniae Principatu, cuiusvis gradus et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, quatenus a modo in posterum praefatum Ladislaum Comitem Kollonitz de Kollegrad pro vestro, legitimoque, et indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et agnoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles Ecclesiae ministros decet, praestare et exhibere, in omnibus denique licitis et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere, et obtemperare modis omnibus debeatis, ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima septima mensis Octobris, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, Regnorum vero nostrorum trigesimo quarto.

Maria Theresia m. p.

L. S.

Henricus Comes a Blumegen m. p.

Alexander Horváth m. p.

(Egykorú, hivatalos fogalmazványa az *Országos Levéltár*: Erdélyi udvari kancelláriai osztály 1774. évi 1345. sz. a. — Végsorai alatt e megjegyzés: „Expedi. per Perger 17-a Novembris 1774.“)

XI.

Bécs, 1780. június 28.

Mária Terézia magyar királynő németújvári gróf Batthyány Ignác egri nagyprépostot erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Maria Theresia etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur, cura, et sollicitudine, fidelis nostri, Nobis sincere dilecti, Spectabilis, ac Magnifici Ignatii e Co-

mitibus de Batthyán, Perpetui in Némétújvár, Comitatus Castri Ferrei perpetui Supremi Comititis, Cathedralis Ecclesiae Agriensis Praepositi Maioris, et Canonici eximias virtutes, doctrinam item, et pietatem, vitamque probatis instructam moribus, ac caeteras praestantes animi dotes, et ad obeundem pastorale munus idoneas qualitates, quibus ipsum dono Altissimi insignitum, ornatumque e fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari commendatione cognovimus, varia insuper, quae in ecclesiasticis muniis pro Sacrae Romanae Catholicae Ecclesiae emolumento laudabiliter impendit, servitia, constantemque in Nos, et Augustam Domum nostram fidelitatem, ac devotionem, necnon conspicua, et illustria Maiorum ipsius in utraque, sacra nimirum, ac profana, republica pro Deo, et publica felicitate parta merita, benigno recolentes animo, eundem Ignatium Comitem de Batthyán, tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam, ad Episcopatum Transylvaniensem per fidelis nostri, Nobis sincere dilecti, Reverendi, Spectabilis, ac Magnifici Ladislai e Comitibus Kollonitz de Kollegrad, perpetui in Zay-Ugrotz, Cathedralis Ecclesiae Olomucensis Canonici, eiusdem Episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris ad Magno-Varadiensem Episcopatum factam translationem de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, Principatusque nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium Ecclesiis, et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum praedecessorum videlicet nostrorum pientissimae recordationis, habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum Episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem Episcopatum spectantibus, et per dictum antecessorem suum Ladislaum Comitem Kollonitz de Kollegrad possessis, elementer dandum duximus, et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Custodi, et reliquis Canoniceis, ac aliis Ecclesiarum in antelato nostro Transylvaniae Principatu, cuiusvis gradus, et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus: quatenus a modo in posterum praedictum Comitem Ignatium de Batthyán pro vestro vero, legitimo, et indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et agnoscere,

eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles Ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere, et obtemperare modis omnibus debeatis, ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima octava mensis Junii, anno Domini millesimo septingentesimo octogesimo, Regnorum vero nostrorum quadragesimo.

Maria Theresia m. p.

L. S.

Thadaeus L. B. a Reischach m. p.

Alexander Horváth m. p.

(Egykorú, eredeti fogalmazványa az *Országos Levéltár*: Erdélyi udvari kancelláriai osztály 1780. évi 847. sz. a. Hátlapján: „Expedivit Zoller 2-a Augusti 1780.“)

XII.

Bécs, 1799. március 14.

Ferenc magyar király csíkmindszenti Mártonffi József szerbiai címzetes püspököt, károlyfehérvári kanonokot, az erdélyi kormánysszék tanácsosát s egyik ügyosztálya előadóját erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Franciscus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur, cura et sollicitudine fidelis nostri, Nobis dilecti, Reverendi Josephi Mártonffi de Csíkmindszent, electi Episcopi Serbiensis, Cathedralis Ecclesiae Alba-Carolinensis Canonici, et ad Regium in Magno nostro Transylvaniae Principatu Gubernium Consiliarii intimi, ac ad Commissionem in Publico-Ecclesiasticis, Litterariis, et Fundationalibus ordinatam Referentis, eximias virtutes, doctrinam item, et pietatem, vitamque probatis instructam moribus, ac caeteras praestantes animi dotes, et ad obeundem pastorale munus idoneas qualitates, quibus ipsum dono Altissimi insignitum, ornatumque e fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari commendatione cognovimus, varia insu-

per, quae idem tum inventutem in virtute, et litteris erudiendo, ac munus inspectoris scholarum nationalium gerendo, cum et ad Regium nostrum in Magno Principatu Transylvaniae Gubernium intimum, commissionemque e gremio eiusdem Gubernii ordinatam, publico-ecclesiastica, litteraria, et fundationalia obiecta singulari cum zelo, et dexteritate, pertractando, per plurium annorum decursum pro Sacrae Romanae Catholicae Ecclesiae emolumento laudabiliter impendit, servitia, constantemque in Nos, et Augustam Domum nostram fidelitatem, et devotionem, ac Maiorum quoque suorum merita benigno recolentes animo, eundem Josephum Mártonffy, tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam, ad Episcopatum Transylvaniensem per obitum fidelis nostri, Nobis sincere dilecti, Reverendi, Spectabilis, ac Magnifici Ignatii e Comitibus de Batthyán, perpetui in Némétújvár, Comitatus Castri Ferrei perpetui Comititis, eiusdem Episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris, de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, Principatusque nostri Transylvaniae, et Partium eo spectantium Ecclesiis, et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum pientissimae recordationis, habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum Episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem Episcopatum spectantibus elementer dandum duximus, et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Custodi, et reliquis Canonicis, ac aliis Ecclesiarum in antelato nostro Transylvaniae Principatu, cuiusvis gradus, et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus: quatenus a modo in posterum praedictum Josephum Mártonffy pro vestro, legitimo, et indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et agnoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles Ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere, et obtemperare modis omnibus debeatis, ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in archiducali Civitate nostra Vienna Austriae, die decima quarta mensis Martii, anno Do-

mini millesimo septingentesimo nonagesimo nono, Imperii nostri Romani septimo, Regnorum vero nostrorum haereditariorum anno octavo.

Franciscus m. p.

L. S.

Samuel Comes Teleki m. p.

Comes Joannes Nep. Eszterházi m. p.

(Egykorú, hivatalos bejegyzése az *Országos Levéltár*: Liber Regius XVI. köt. 167. l. — Fogalmazványa pedig u. o. az Erdélyi udvari kancelláriai osztály 1799. évi 702. sz. a.)

XIII.

Páris, 1815. szeptember 25.

Ferenc magyar király rudnai és divékújfalusi Rudnay Sándor hittudort, ansari választott püspököt, Szűz Máriáról címzett kolosi apátot, Szent Tamásról nevezett esztergomhegyi kanonokot, a magyar udvari kancellária tanácsosát és előadóját erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Franciscus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur, cura et sollicitudine fidelis nostri, Nobis dilecti, Reverendi Alexandri Rudnay de Eadem, et Divékújfalú, Sacrosancte Theologiae Doctoris, Electi Episcopi Ansariensis, Abbatis Beatae Mariae Virginis de Kolos, Praepositi Sancti Thomae de monte Strigoniensi, metropolitanae Ecclesiae Strigoniensis Canonici, Consilarii nostri Aulici, ac ad Cancellariam nostram Regio Hungarico Aulicam Referendarii, eximias animi dotes, doctrinam item, et pietatem, vitamque probatis instructam moribus, reliquasque ad subeundum pastorale munus requisitas qualitates, quibus ipsum dono Altissimi insignitum, ornatumque e fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari commendatione cognovimus, varia insuper, quae idem in variis ecclesiasticis muniis, signanter autem qua parochus Korosiensis, Ecclesiae metropolitanae Strigoniensis Canonicus, et Cleri iunioris in seminario Sancti Stephani Regens, Archidiaconus Sasváriensis, Vicarius primatialis, et causarum Auditor Generalis, postea autem in officio Consilarii, et Referendarii penes

Consilium nostrorum Regium Locumtenentiale Hungaricum, et Commissionem Ecclesiasticam, nunc autem a quinquennio penes Cancellariam nostram Regio Hungarico Aulicam in qualitate Consiliarii, et Referendarii, pro Sanctae Romanae Catholicae Ecclesiae emolumento laudabiliter impendit, servitia, constantemque in Nos, et Augustam Domum nostram fidelitatem, ac devotionem, ac pervetustae nobilis prosapiae, Maiorum quoque suorum merita, benigno recolentes animo, eundem Alexandrum Rudnay de Eadem, et Divékújfalu, tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam, ad Episcopatum Transylvaniensem, per obitum fidelis nostri, Nobis dilecti, Reverendi Josephi Mártonffy de Csikmindszent, Insignis ordinis Sancti Stephani Regis Apostolici Commendatoris, nostri item Status, et Regii nostri in Magno Principatu Transylvaniae Gubernii Consiliarii utrobique actualis Intimi, eiusdem Episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, et Magni Principatus nostri Transylvaniae, Partiumque eo spectantium Ecclesiis, et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum pientissimae recordationis, habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum Episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem Episcopatum spectantibus, ea cum obligatione, ut idem e redditibus episcopalibus quotannis sex mille florenos ad fundum religionis Transylvanicum persolvere obstrictus sit, elementer dandum duximus, et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Custodi, et reliquis Canonicis, ac ecclesiarum in antelato nostro Magno Principatu Transylvaniae, cuiusvis gradus, et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praedictum Alexandrum Rudnay de Eadem, et Divékújfalu pro vestro vero, legitimo, et indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et agnoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout honos, et fideles Ecclesiae ministros decet, praestare et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipisus parere, et obtemperare modis omnibus debeatis, ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis

exhibenti restitutis. Datum Parisiis, die vigesima quinta mensis Septembris, anno Domini millesimo octingentesimo decimo quinto, Regnorum vero nostrorum vigesimo quarto.

Franciscus m. p.

L. S.

Samuel Comes Teleki m. p.

Daniel Fábján m. p.

(Hivatalos és hiteles másolata az Országos Levéltár:
Liber Regius XVI. köt. 483. l.)

XIV.

Bécs, 1819. szeptember 20.

Ferenc magyar király négyesi báró Szepessy Ignác, Szent Péterről címzett egervári prépostot, egri kanonokot és székesegyházi főesperest erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Franciscus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur, cura et sollicitudine, fidelis nostri, Nobis dilecti, Reverendi, ac Magnifici liberi Baronis Ignatii Szepessy de Négyes, Praepositi Sancti Petri de Castro Agriensi, metropolitanae Ecclesiae Agriensis Canonici, et Archidiaconi Cathedralis, bibliothecae dioecesanae Praefecti, nec non pauperum instituti Agriensis, prout et in Comitatu Hevensiensi deputationis orphanalis Praesidis, eximias animi dotes, doctrinam item, et pietatem, vitamque probatis instructam moribus, reliquasque ad subeundum pastorale munus requisitas qualitates, quibus ipsum dono Altissimi insignitum, ornatumque e fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari commendatione cognovimus, varia insuper, quae idem in variis ecclesiasticis muniis, signanter autem qua studiorum praefectus in seminario Agriensi, Ceremoniarius, et Secretarius episcopalis, postea autem qua Parochus, et Viccarchidiaconus Agriensis, exhortator item, prout et professor doctrinae religionis in Lyceo Agriensi, et Canonicus a latere, nunc autem in moderna sua functione ar-

chidiaconali cathedralis Ecclesiae Agriensis pro Sanctae Romanae Catholicae Ecclesiae emolumento laudabiliter impendit, servitia, constantemque in Nos, et Augustam Domum nostram fidelitatem, et devotionem, ac pervetustae nobilis suae prosapiae, Maiorumque suorum merita benigno recolentes animo, eundem liberum baronem Ignatium Szepessy de Négyes, tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam, ad Episcopatum Transylvaniensem, per promotionem fidelis nostri, Nobis dilecti, Reverendi Alexandri Rudnay de Eadem, et Divékújfalu, Consiliarii aulici, nostri item Status, et Regii nostri Gubernii Transylvanici Consiliarii utrobique actualis intimi, eiusdemque Episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris, in Archiepiscopum Strigoniensem, et Primatem Regni nostri Hungariae factam, de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, et Magni Principatus nostri Transylvaniae, Partiumque eo spectantium Ecclesiis, et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum videlicet nostrorum pietissimae recordationis, habemus, optimoque iure exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum Episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem bonis, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogative, et immunitate ad eundem Episcopatum spectantibus, ea cum obligatione, ut idem ex redditibus episcopalibus quotannis sex mille florenos ad fundum religionis Transylvanicum persolvere obstrictus sit, clementer dandum duximus, et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Custodi, et reliquis Canonicis, ac aliis Ecclesiarum in antelato nostro Magno Principatu Transylvaniae, cuiusvis gradus, et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis, harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praedictum liberum Baronem Ignatium Szepessy de Négyes pro vestro vero, legitimo, et indubitato Episcopo, et Praelato habere, tenere, et agnoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles Ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere, et obtemperare modis omnibus debeatis, ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Imperiali Urbe nostra Vienna Austriae, die vigesima mensis Septembris, anno Do-

mini millesimo octingentesimo decimo nono, Regnorum nostrorum vigesimo octavo.

Franciscus m. p.

L. S.

Samuel Comes Teleki m. p.

Michael Benyovszky m. p.

(Egykorú, hiteles másolata az *Országos Levéltár*: Liber Regius XVI. köt. 645. l.)

XV.

Laxenburg, 1827. május 24.

Ferenc magyar király tusnádi Kovács Miklós, Gábor főangyalról címzett gaborjáni prépostot és váradi érkanonokot erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Franciscus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in constituendis legitimis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur, cura, et sollicitudine fidelis nostri, Nobis dilecti, Reverendi Nicolai Kovács de Tusnád, Praepositi Sancti Gabrielis Archangeli de Gaborján, Cathedralis Ecclesiae Magno-Varadiensis Custodis, et Canonici, Examinatoris synodalis, ac Curatoris instituti monialium Sanctae Ursulae Magno-Váradiensis, necnon Comitatus in Regno nostro Hungariae Bihariensis tabulae iudiciariae Assessoris, eximias animi dotes, doctrinam item, et pietatem, vitamque probatis instructam moribus, reliquasque ad subeundum pastorale munus requisitas qualitates, quibus ipsum dono Altissimi insignitum, ornatumque e fide dignis plurium fidelium nostrorum testimoniis, ac singulari commendatione cognovimus, varia item, qua idem in diversis ecclesiasticis muniis signanter autem inde ab anno 1796. prius in qualitate Administratoris, et Parochi, dein in Lyceo episcopali Magno Váradiensi clerum iuniorem prius in iure canonico, et historia ecclesiastica, dein vero in theologia morali, et pastorali, necnon pedagogia sollerter instruendo in qualitate Professoris, et simul Rectoris Seminarii cleri iunioris, postea munere Professoris ulterius quoque retento, qua Praepositus Sancti Gabrielis Archangeli de Gaborján, et Archidiaconus Krasz nensis, dein qua Praepositus minor Sancti Ladislai de Mag-

no-Váradino, et simul Parochus Debreczinensis, necnon serius in qualitate Archidiaconi Békésiensis, prouti etiam in moderna functione sua, utpote Canonici, et Custodis Ecclesiae cathedralis Magno-Váradiensis, et Exhortatoris spiritualis, causas personarum miserabilium coram sancta sede episcopali absque omni salario, vel remuneratione zelose, ac indefesso conatu promovendo, ac defendendo, pro Sanctae Ecclesiae Romano-Catholicae emolumento laudabiliter impendit, servitia, constantemque in Nos, et Augustom Domum nostram fidelitatem, et devotionem benigno recolentes animo, eundem Nicolaum Kovács de Tusnád, tanquam personam idoneam, et bene meritam, Nobisque gratam, et acceptam, ad Episcopatum Transylvaniensem, per translationem fidelis nostri, Nobis dilecti, Reverendi, ac Magnifici liberi Baronis Ignatii Szepessy de Négyes, Status, et Regii nostri Gubernii Transylvanici Consiliarii utrobique actualis intimi, eiusdem Episcopatus ultimi, veri, ac legitimi possessoris in Episcopatum Quinqueecclesiensem de iure, et de facto vacantem, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod generaliter in conferendis universis Regni nostri Hungariae, et Magni Principatus nostri Transylvaniae, Partiumque ei adnexarum Ecclesiis, et beneficiis, more divorum quondam Hungariae Regum, praedecessorum nostrorum pientissimae recordationis habemus, optimoque iure exercere dignoseimur, eligendum, et nominandum, ipsique praefatum Episcopatum Transylvaniensem cum omnibus eiusdem, redditibus, et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, iurisdictione item, praerogativa, et immunitate ad eundem Episcopatum spectantibus, ea cum obligatione, ut idem ex redditibus episcopalibus quotannis sex mille Rhenenses florenos ad fundum religionis Transylvanicum persolvere obstrictus sit, clementer duximus, et conferendum; imo eligimus, et nominamus, damusque, et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus Praeposito maiori, Lectori, Cantori, Custodi, et reliquis Canoniciis, ac aliis Ecclesiarum in antelato nostro Magno-Principatu Transylvaniae cuiusvis gradus, et ordinis viris, dioecesi illius subiectis, harum serie firmiter commitimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum praedictum Nicolaum Kovács de Tusnád pro vestro vero, legitimo, et indubitato Episcopo, ac Praelato habere, tenere, et agnoscere, eidemque debitam reverentiam, honorem, et obedientiam, prout bonos, et fideles Ecclesiae ministros decet, praestare, et exhibere, in omnibus denique licitis, et consuetis rebus iurisdictioni ipsius parere, et obtemperare modis omni-

bus debeat, ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in Castro Laxenburg, die vigesima quarta mensis Maii, anno Domini millesimo octingentesimo vigesimo septimo, Regnorum nostrorum trigesimo sexto.

Franciscus m. p.

L. S.

B. Josephus Miske m. p.

Antonius Wayna m. p.

(Teljes, egykorú, hiteles szövege az *Országos Levéltár*: Liber Regius XVI. köt. 792—6. ll.)

XVI.

Schönbrunn, 1851. szeptember 9.

I. Ferenc József magyar király Haynald Lajos tiszteletbeli udvari káplánt és az esztergomi primási kancellária igazgatóját utódlási joggal az erdélyi püspök segédpüspökévé nevezi ki.

Nos Franciscus Josephus Primus etc. Memoriae commendamus: Quod Nos pro ea, qua in constituendis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur, cura, et sollicitudine, in benignum sumentes reflexionem fidelis nostri Ludovici Haynald, Caesaro-Regii Capellani nostri Aulici honorarii, cancellariae primatialis Strigoniensis directoris, et sanctissimae theologiae doctoris, cruce aurea pro piis meritis decorati, exemplarem pietatem sacerdotalem, et illibatam fidem, eundem Ludovicum Haynald erga enixas preces reverendi Nicolai Kovács, episcopi Transylvaniensis, actualis intimi consilarii nostri Caesaro-Regii, fidelis Nobis sincere dilecti, quippe qui ob grandaevam aetatem, fractasque animi aequae ac corporis vires Nobis pro benigne nominando episcopatus coadiutore, cum iure successionis, reverenter supplicuit, in eiusdem episcopatus Transsilvaniensis cum adnexis emolumentis, et oneribus coadiutorem et successorem perpetuum, auctoritate iuris patronatus nostri Regii, quod ab exemplo divorum pia memoriae praedecessorum nostrorum habere et exercere dignoscimur, duxerimus nominandum, et constituendum, imo nominamus, et constituimus praesentium vigore. Praefatus proin per Nos benigne nominatus et constitutus episcopi

Transsilvaniensis coadiutor et successor perpetuus, Ludovicus Haynald ad casum mortis pracattacti Nicolai Kovács in episcopatu Transsilvaniensi harum nostrarum vigore, citra ultiores litteras nostras confirmatorias, succedere valebit, eidem tamen reverendo episcopo Nicolao Kovács ad dies vitae e redditibus bonorum episcopalium quotannis quater mille florenos conventionalis monetae inomisse pendere tenebitur. Datum per manus magnifici comitis Leonis Thun, actualis intimi consiliarii, et in cultus, ac institutionis publicae negotiis ministri nostri Caesareo-Regii, fidelis Nobis sincere dilecti, in Schönbrunn, die nona mensis Septembris, anno Domini millesimo octingentesimo quinquagesimo primo, Regnum nostrorum tertio.

Franciscus Josephus m. p.

Comes Leo Thun m. p.

(Pergamenre írt eredetije a Haynald-féle iratok között a *kalocsai érseki levéltárban*).

XVII.

Bécs, 1864. november 24.

I. Ferenc József magyar király gyergyószentmiklósi Fogarasy Mihály skutári címzetes püspököt, Szent Egyedről nevezett apátot, a váradi székeskáptalan éneklőkanonokját erdélyi püspökké nevezi ki.

Nos Franciscus Josephus Primus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod Nos pro ea, qua in nominandis Ecclesiarum Dei pastoribus tenemur, cura, et sollicitudine, in benignam sumentes reflexionem fidelis nostri, Nobis dilecti, Reverendi Michaelis Fogarasy de Gyergyószentmiklós, titularis episcopi Scutariensis, abbatis Sancti Aegidii, cathedralis ecclesiae Magno-Varadiensis ritus latini cantoris, et canonici, examinatorii prosynodalis praesidis, tribunalis matrimonialis praesidis, sanctissimae theologiae doctoris, et inclitae facultatis theologiae penes universitates Vindobonensem, et Pesthiensem membri collegiati, proceris senatus nostri imperialis, et consiliarii nostri regii, insimul insignis ordinis ferreae coronae secundae classis, et Leopoldi imperatoris parvae crucis equitis, vitae integritatem, eximiam doctrinam, singularem zelum in muneribus sibi concreditus comprobatum, inte-

meratam fidelitatem, eminentia demum merita de ecclesia Dei, ac de statu publico per annos 41 comparata, et quidem post susceptos sacros ordines in Transsilvania, deinde penes aulam nostram caesareo-regiam Viennae, demum in Hungaria qua actualis canonicus Magno-Varadiensis, in variis officiis, et muneribus tam ecclesiasticis, quam civilibus fungendo, signanter in Transilvania ab anno 1823—1826. qua cooperator parochiae Cibiniensis, et in gymnasio classium grammaticalium professor, postmodum missus Viennam ad institutum presbyterorum a Sancto Augustino nuncupatum, et anno 1828. cum SS. theologiae doctoratus laurea redux, in lyceo episcopali Albo-Carolinensi theologiam sic dictam publicam docendo, unaque studiis domesticis alumnorum in seminario cleri iunioris praefecti, atque in consistorio episcopali assessoris referentis et pauperum advocati officia tenendo; dein anno 1830. in primarium scholarum normalium inspectorem denominatus, omnibus his gravis momenti officiis in eius persona cumulatis, ita perfunctus est, ut insuper etiam verbi divini praedicatione populum catholicum solari, et in fide confirmare non intermiserit; anno vero 1833. in recognitionem activitatis, et in agendo dexteritatis, quibus suorum praepositorum fiduciam, et aestimationem emeritus est, canonici honorarii dignitate, et e Transilvania Viennam evocatus, simul in aula nostra caesareo regia capellani aulici, in instituto presbyterorum ad Sanctum Augustinum studiorum directoris officiis auctus, occasionem nactus est in scientiis praesertim theologicis se se ultro excolendi, prout hoc praelectiones eius ab eruditione, et claritate multum commendatae, partim typis editae testantur; quare anno 1838. ecclesiae Magno-Varadinensis actualem canonicatum obtinere meruit, una etiam ciatis regiae academiae prodirector renunciatus fuit; in hac qualitate superiore directore a loco officii absente, huius quoque vicem sustinendo, anno 1843. abbas Sancti Aegidi creatus, anno 1846. ad titularis episcopi Scutariensis dignitatem evectus, Pesthinumque evocatus, ut tam qua districtus litterarii Budensis superior studiorum, tam etiam qua penes universitatem facultatis theologiae director, litteris sacris, et profanis praeesset, ubi auctor, et fundator fuit societatis Sancti Stephani edendis et propagandis bonis libris intentae, cui usque exitum anni 1853. praefuit; reverendo tandem ad suum capitulum archidiaconi cathedralis, successive custodis, necnon tribunalis matrimonialis, et examinatorii prosynodalis praesidis, in consistoriis, et capitulo vero assessoris partem activam in decidendo habentis, dignitates, et munia sustinuit; et quia haec inter in publicis quo-

que comitatus Bihariensis congregationibus, in comitiis Posoniensibus anno 1843—44. ac anno 1847—48. caesareo nostri regii throni, sanctae religionis, publici iuris, et iustitiae defensione enitisset, anno 1863. ad comitia Transilvanica per regales litteras evocatus, postmodum superiori senatui imperii aggregatus, in horum egregiorum meritorum recognitionem primum quidem consilarii nostri caesareo-regii, dein ordinis Leopoldi imperatoris, recentissime vero ordinis coronae ferreae secundae classis equitis honoribus condecoratus est; Eundem igitur Michaellem Fogarasy ad episcopatum Transilvaniensem per acceptationem resignationis fidelis nostri, nobis sincere dilecti, actualis intimi status consilarii, solio pontificio assistentis, in aula nostra caesareo-regia capellani honorarii, cruce aurea pro meritis condecorati, nunc iam archiepiscopi Carthaginensis, doctoris Ludovici Haynald et de iure, et de facto vacantem, cum adnexis huic episcopatui bonis, iuribus, et emolumentis, auctoritate iuris patronatus nostri regii duxerimus nominari, imo praesentium vigore nominamus, simulque ordinamus, ut ex episcopatus huius titulo relevationis praestationum urbarialium, decimarumque dimensis redditibus decem mille floreni in valore Austriaco ad sustentationem praedecessoris praenominati annuatim convertantur. Quocirca vobis fidelibus nostris universis, et singulis, honorabilibus praeposito maiori, lectori, cantori, custodi, et reliquis canonicis, ac aliis ecclesiarum in antelato nostro Magno Principatu Transilvaniae, cuiusvis gradus et ordinis viris, dioecesi videlicet illius subiectis harum serie committimus, et mandamus firmiter, quatenus eiusdem Michaelis Fogarasy, veluti legitimi episcopi iurisdictioni parere debeatis, ac teneamini. Datum in imperiali urbe nostra Vienna Austriae, die vicesima quarta mensis Novembris, anno Domini millesimo octingentesimo sexagesimo quarto, Regnorum nostrorum decimo septimo.

Franciscus Josephus m. p.

Franciscus L. B. de Reichenstein m. p.

Stephanus Kovachich Horváth m. p.

(Vörös selyembársonyba kötött, pergamenre írt, fekete-arany selyemzsinórról függő s aranyozott bronz tokba foglalt pecséttel ellátott eredetije az Erdélyi székeskáptalan gyulafehérvári levéltárában).

XVIII.

Bécs, 1882. március 30.

I. Ferenc József magyar király Lónhart Ferenc gratianopolisi fölszentelt püspököt, az erdélyi székeskáptalan nagyprépostját s pápai prelátest erdélyi püspökké nevezi ki.

Mi Első Ferencz József stb. Emlékezetül adjuk mindenkinek, kiket illet, hogy Mi azon gondunk- és gondoskodásunknál fogva, melylyel Isten szentegyházainak helyes kormányoztatása iránt viseltetünk, kegyes tekintetbe vévén, azon fényes erényeket, dicséretes és ajánlatos magaviseletet, gyakorlott tudományt, műveltséget és példás közkedvességű társalgást, melyekkel a Mi kedves hívünk, tisztelendő Lónhart Ferencz gratianopoli fölszentelt püspök, erdélyi székesegyházi nagyprépost és Pápa Ő Szentsége Házi-Praelatusa díszlik, figyelvén ezen fölül azon érdemeire is, melyeket ő néhai Fogarasy Mihály volt erdélyi püspök oldala mellett, mint püspöki helynök és később segédpüspök az egyházmegei kormányzat terén kitartó buzgósággal és ügyességgel teljesített szolgálatai által szerzett, azon pártfogói jogunk erejével, melylyel és a melyet úgy, miként dicső emlékezetű Elődeink, a boldogult magyar királyok, Magyarországunk és a hozzá kapcsolt részek valamennyi egyháza s egyházi javadalma adományozására nézve teljes joggal birunk és gyakorolunk, őt mint alkalmas és Isten szentegyháza, a haza és Felséges személyünk iránt tett szolgálataiért Előttünk kedvelt férfiút, a tisztelendő Gyergyó-Szent-Miklósi Fogarasy Mihály, erdélyi püspök és valóságos belső titkos tanácsosunk elhúnyta által jogilag, tetteleg és törvényszerűen megürült erdélyi székesegyház Püspökévé tartottuk kegyesen választandónak és nevezendőnek, sőt választjuk, nevezzük és azon püspökséggel összekötött illetményeket, jogokat és egyéb hasznokat Öneki adandóknak s adományozandóknak határoztuk, sőt adjuk s adományozzuk ezennel.

Miért is nektek híveink, az említett erdélyi székesegyház minden egyes kanonokjának s javadalmasainak, valamint ezen püspöki megye összes áldozó papjainak és szerzeteseinek ezennel szigorúan meghagyván parancsoljuk, hogy a fennevezett Lónhart Ferenczet ezentúl igaz, törvényes és kétségtelen püspöktökül s főpaptokul tartani, tekinteni, ismerni, iránta úgy, mint jámbor és istenes szolgálkhoz illik, kellő tisztelet- és engedelmisséggel lenni, viseltetni s az ő hatóságának minden szokott és szabad dologban engedni és engedel-

meskedni tartozzatok, köteleztessetek, máskép nem cselekedvén; ezt pedig elolvasás után az előmutatónak visszaadjátok.

Kelt a mi őszintén kedvelt hívünk, tekintetes és nagyságos Trefort Ágoston, valóságos belső titkos tanácsosunk és magyar királyi vallás- és közoktatási miniszterünk kezei által Bécsben, osztrákbirodalmi székvárosunkban, Böjtmáshava harminczadik napján, Urunk születésének egyezernyolcszáznyolevankettedik esztendejében, Magyar, Cseh, stb. országai uralkodásunk harmincnegyedik évében.

Ferencz József s. k.

Trefort Ágoston s. k.

(Eredeti fogalmazványa a m. kir. *Vallás- és Közoktatásügyi Minisztérium* levéltárának 1882. évi 13.021. sz. a.)

XIX.

Bécs, 1897. januárus 28.

I. Ferenc József magyar király székhelyi gróf Majláth Gusztáv esztergomfőegyházmegyei áldozárt utódlási joggal erdélyi segédpüspökké nevezi ki.

Mi Első Ferencz József stb. Emlékezetül adjuk, mindenkinek, kiket illet, hogy Mi azon gondunk és gondoskodásunknál fogva, melylyel Isten Szentegyházának törvényes lelkipásztorokkal való ellátása iránt viseltetünk, kegyes tekintetbe vévén azon fényes érdényeket, kitűnő lelki tehetségeket, alapos tudományt, erkölcsi jámborságot s közkedvességű társalgást, melyekkel a Mi kedvelt hívünk, tisztelendő székhelyi gróf Majláth Gusztáv esztergomfőegyházmegyei áldozár díszlik, azon főpártfogói jogunk erejével, melylyel és a melyet úgy, miként dicső emlékezetű Elődeink a boldogult Magyar királyok, Magyarországunk és a Társországek valamennyi egyháza s egyházi javadalma adományozására nézve teljes joggal birunk és gyakorlunk, meghallgatva kedvelt hívünk, Lönhart Ferencz erdélyi püspök, valóságos belső titkos tanácsosunknak az iránt előterjesztett legalázatosabb kérelmét, hogy figyelemmel testi erőinek magas életkora folytán beállott csökkenésére gróf Majláth Gusztáv melléje segédpüspöknek kineveztessék, ugyanazon gróf Majláth Gusztávot, mint Isten Szentegyháza tekintetében érdemes, ezért Felségünk-

nél is kedves férfiút az erdélyi egyházmegye segédpüspökévé, nevezett Lönhart Ferencz püspök elhalálozása esetére pedig annak közvetlen utódjává tartottuk kegyesen választandónak és nevezendőnek, sőt választjuk, nevezzük jelen levünk erejénél és tanuságánál fogva. Egyben felhatalmazzuk az ezennel kinevezett gróf Majláth Gusztáv segédpüspököt mostan akkorra, hogy Lönhart Ferencz erdélyi püspök elhalálozása esetében az erdélyi püspöki széket, külön adományozás avagy bevezetés nélkül elfoglalja, és az ezen püspökséggel összekötött illetmények, jogok és egyéb hasznok élvezetébe lépjen. Kelt a mi őszintén kedvelt hívünk, tekintetes és nagyságos dr. Wlassics Gyula vallás- és közoktatásügyi magyar miniszterünk, valóságos belső titkos tanácsosunk által, Bécsben Nagy-Boldog-Asszony hava huszonnyolcadik napján, Urunk ezernyolcszázkilenevenhetedik esztendejében, Magyar, Cseh, stb. országai uralkodásunk negyvenkilenczedik évében.

Ferencz József s. k.

P. H.

Dr. Wlassics Gyula s. k.

(Eredetije gróf Mailáth Gusztáv erdélyi püspök birtokában.)

Az Erdelyi Katholikus Akadémia Felolvasasai.

Szerkeszti: **Dr. György Lajos** főtítkar.

I. osztály.

1. sz. **Dr. Biró Vencel:** *Bethlen Gabor es az erdelyi katholicizmus.* Kolozsvár, 1929.
2. sz. **Dr. Juhasz Kalman:** *A Gellert-legenda.* Kolozsvár, 1929.
3. sz. **Dr. P. Boros Fortunat:** *Az elso erdelyi törvenykonyv es a katholicizmus.* Kolozsvár, 1930.
4. z. **Dr. Ruzitska Bela:** *Az atomelmelet ujabb fejlodese.* Kolozsvár, 1931.
5. sz. **Dr. Rajka Laszlo:** *Jokai Kalandora.* Kolozsvár, 1932.
6. sz. **Dr. Biro Vencel:** *A kolozsvári piarista templom alapítása.* Kolozsvár, 1932.
7. sz. **Dr. Temesvary Janos:** *Az erdelyi püspoki szek betoltese.* Kolozsvár, 1932.

III. osztály.

1. sz. **Dr. Gyarfas Elemer:** *A puspokvalasztasi jog a gyulafeharvar-fogarasi gorog katholikus egyhazmegyeben.* Kolozsvár, 1929.
2. sz. **Dr. Sulyok Istvan:** *A kisebbseji kerdes szociologiai oldala.* Kolozsvár, 1931.